

dicti / C a m e r e t t e n²² sacerdotis confinans, dicte v r s u l e nomine dotis et donacionis propter nupcias pro septuaginta marcis c u r i e n s i b u s nomine ueri pignoris, ab olim g a u d e n c i o de p l a n t a e r³ prefato obligamus, ex nunc et in antea / dictum pratum pro eisdem septuaginta marcis, iuxta tenorem litterarum obligacionis, desuper confectarum, ad se redimere et liberare, ac deinde pro se habere possit et uelit et valeat quandocumque Et si ipsa liberacio seu redemcio, dicti / prati, per ipsum Monasterium: a R u o d o l f f o² de R o s c h a c h et V r s u l a prescriptis, uiuentibus, seu altero eorum uiuente, altero premortuo, fiat, est adiectum, quod dictum pratum sic redemptum, nichilominus quoad usum eorundem apud / ipsum R u o d o l f f u m² de R o s c h a c h et v r s u l a m prescriptos, quamdiu vixerint, seu apud alterum ipsorum altero premortuo, quamdiu vixerit, tamquam apud usufructuarios²³ debeat remanere, quoad usum ut preferitur, Quibus ut / sic defunctis, seu etiam si²⁴ ipsa liberacio seu redemcio dicti prati per dictum Monasterium fiat ab heredibus et successoribus R u o d o l f f i² de R o s c h a c h et v r s u l e prescriptorum: qui etiam ad reddendum dictum pratum proprescriptis septuaginta / Marcis, tenentur astricti, est conductum, quod ex tunc dictum pratum, sic redemptum, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs ad ipsum Monasterium sine medio reuertatur,

Si que uero littere uetustiores, presentibus, et presenti arbitrio / arbitramento, ac presenti amicabile compositioni contrarie et preiudiciales, seu ipsi Monasterio f a b a r i e n s i jn hac sententia arbitrari manifeste resistentes, apud R u o d o l f f u m² de R o s c h a c h, aut v r s u l a m suprafatos, ipsorum / heredes seu successores, reseruatae fuerint, aut inuente, est conuentum et similiter arbitratum, quod ipse eodem littere uetustiores, sint mortue, nullius momenti, et iuribus penitus destitute.

Promiseruntque dominus Abbas / conuentus et²⁵ v o l f r i c u s¹ prescripti, et predictus R u o d o l f f u s² de R o s c h a c h pro se et pro sua uxore legitima uidelicet v r s u l a predicta, nobis iudici prescripto. sollempni hinc inde stipulacione et fidei dacione, ad hoc accedente, hoc presens / laudum arbitrium arbitramentum, et compositionem amicabilem, coram nobis pronunciatum per omnia ueluti preferitur, firmum et ratum per se, suis heredibus et successoribus obseruando perpetuo habituros, nec uerbo seu facto vnquam contra / ipsum venire, quouis quesito ingenio vel colore,